Iure per ipsas sub tempus examinis deci:
sorum expreſſione, tum à quo præsentati, per
quem ac in quorum saltim principalium =
præsentia fuerint promoti, diligenter conno:
tet, atq; sic connotatos in Conuocatione ele:
ctionis alterius Decani præsentet et in effe:
ctu cum sigillo Facultatis, Statutis præ:
sentibus ac alijs munimentis eidem ele:
cto Decano sub pœna trium marcarum:
reddat. Ubi enim est noxa, ibi debet eſſe et
pœna l. Sancimus. C. de Pœn. quæ suas re:
gularitèr tenet authores. c. Quæsiuit. de
His quæ fiunt à major. part.

STATUTUM VII
De Qualitate Profeſſoris ad Col: legium vocandi

Cùm discere quisq; priùs debeat, ante:

quam alios doceat. can. Non negamus. dist.
61. ideo inhærendo Statuto Universitatis
de electione Collegiatorum et vocatione eo:
rundem ad Collegia nuper conscripto et
Libro Statutorum inserto; nullum ad Col:
legium Juridicum vocari debere Profeſſo:
rem, nisi illum, qui in lectura juris benè e:
xercitatus fuerit, Lectionesq̀ Juridicas o:
mnes et singulas diligenter sub Clariſſi:
mis Doctoribus et Profeſſoribus Utriusq̀
Juris exaudiverit, ac ſuper hoc fidele
veritatis testimonium ab illis habuerit
illudq̀ cum Lectionibus exauditis Clariſ:
ſimo Facultatis Juridicæ Decano pro
tempore existenti ante vocationem ſui
ad Collegium produxerit. Absurdum e:
nim foret aliquem priùs velle docere,

quàm diſcere. can. Si officia. dist. 59.

STATUTUM VIII
De recommendatione Profeſſoris vocandi

Quamvis Profeſſorum ad Collegium Juridicum vocatio ex antiqua praxi et conſuetudine ad totam Univerſitatem pertineat; tamen Præpoſitus Collegij pro tempore exiſtens, inhærendo antiquo uſui et praxi rationabili ac Concluſioni per Univerſitatem in Anno 1714. latæ et Libro antiquo Concluſionum inſertæ, occurrente vocatione loci et Profeſſionis, habito priùs cum CC. D.D. Doctoribus et Profeſſoribus actu Collegium inhabitantibus conſilio et aſſenſu obtento, vocandum Profeſſorem actu laborantem Domui et Facul: